

## Prologus.

coram eo omni tempore. ludens in orbe terrarum, et illud psalmographi. Draco iste quem for-  
masti ad illudendum ei, id est cum quo quasi per oculum luderet. [Quasque agricolarum spe. V.]  
Varronis verba sunt in primo libro de re rustica. Spica autem a spe nominata videtur: eam  
enim quae sperant fore: serunt. [Cum vero aristis.] Eodem auctore spica tria habet. granum. glu-  
mam. et aristam. granum a gerendo dictum: quia ut id spica gerat frumentum seritur. gluma a  
glubendo: quod eo folliculo detracto deglubatur. hoc est  
detrahatur granum. Nam glu-  
ma proprie folliculus est ei  
fici quem edimus: et per transla-  
tionem frumenti: siliqua vel  
vagina. arista vero dicta: quae pri-  
ma arescit. [In etatis flore.]  
id est in adolescentia ut Juue-  
nalis flos Asiae ante ipsum pre-  
cio maiore paratus. [Ignor-  
ratione.] Propter rerum inex-  
perientiam abundant verbis:  
quod vitium simul etatis et  
ignorantiae est. [Temere asse-  
uerant.] id est sine causa as-  
seuerate affirmant. [Quintis-  
ilianus noster.] Vel quae hispa-  
nus ex Calagurri citerioris  
Hispaniae oppido. aut Noster  
quia Latinus aut quia hunc  
ductorem in hoc potissimum  
opere secuti sumus. [Verba.]  
Quintilianus oratoriarum insti-  
tutionum libro secundo sunt.  
Prima est eloquentiae virtus  
perspicuitas: et quo quis in-  
genio minus valet: hoc se mag-  
is attollere ac dilatare co-  
natur: ut statura breues in di-  
gitos eriguntur. et plura infir-  
mi minatur. [Cum vero incipi-  
unt.]

Psalmos  
graphus.

produxerat: quasque ab agricolarum spe. V. var-  
ro dictas esse putauit. tam vero aristis folliculisque  
neglectis grana ipsa deglubuntur: sic in etatis flo-  
re: in qua homines rerum prope omnium ignorantiae te-  
nentur: magis abundant verbis: audacius loquuntur.  
temere asseuerant. ut recte Quintilianus noster di-  
xisse videatur: quo quisque minus valet: eo se magis  
attollere ac dilatare conatur. quemadmodum statura  
breues in digitos eriguntur. Cum vero incipiunt alii  
quid sapere minus minusque verba effundunt: nihil  
sine temperamento illo forte affirmant. ut iam nul-  
lum sit magis sapientiae signum quam taciturnitas. quem-  
admodum e diuerso nullum maius ignorantiae quam lo-  
quacitas. Hec idcirco sunt a me clarissima princeps  
tam multis repetita: ut nemo miretur si introdu-  
ctionum latinarum editioni secunde: cui nihil iam ad-  
di posse videbatur: quedam adiecimus que nobis  
interim tempus rerum omnium inuentor suggestit:  
quedam rursus detraximus: que videlicet etatis iam  
in grauescentis ratio eliminare suadebat. An mihi non  
liceat in ope praesertim meo facere: quod licuit mul-  
tis sacrarum atque secularium litterarum scriptoribus  
qui non modo in aliorum libris quosdam locos

Juuenal.

unt.] Contrario dicit omnia senes facerem. [Minus minusque verba.] Contra id quod dicit  
magis abundant verbis. [Nihil sine temperamento illo forte.] Contra id quod dixit. Temere as-  
seuerant. [forte.] aduerbium temperamentum est philosophorum Academicorum maxime qui  
nihil affirmare audent. [Taciturnitas.] Unde Juuenalis de simularis philosophis dixit Ra-  
rus sermo illis et magna libido tacenti. [Loquacitas.] A qua sermo Hispanus eleganter: quos  
admodum et multa alia furiosos et insanos appellat locos: quasi locutuleos et loquaces. [Hec  
idcirco.] Ex superioribus collegit auctor se tempore admonitum quedam introductionibus  
suis adiecisse: quedam rursus detraxisse atque licuisse sibi in opere suo: quod licuit alijs in alieno  
atque etiam in proprio opere facere. [Princeps.] Non Princessa: aut principissa: quemadmodum  
neque Ducissa aut Comitissa. ut indocti quidam dixerunt. cum Princeps Dux Comes. duorum  
generum communia sint. [Tam multis.] Subaudi verba repetita quasi a longe petita. [Quedam  
adiiecimus.] Per pauca illa quidem et que suis locis reddenda sunt. [Que tempus subiecit]. i.  
que interlegendum postea occurrerunt: tempora illa suggerere atque subministrare. [Quedam detraxi-  
mus.] sed haec pauciora: et Que etatis in grauescentis ratio: id est senectas que plerisque grauis et  
modesta videtur. ut Cicero in catone maiori ostendit. [Eliminare]. i. lima veluti quadam deterere. [An  
mihi non liceat.] Superiori conclusionem a prauidicio arguens adhuc confirmat. [In ope praesertim  
meo.] Ac si dicat. licet hoc in opere alieno facere: ergo multo magis hoc in proprio ope licebit.  
[Sacrarum.] Quibus christiana religio continetur. [Secularium]. i. profanarum. Nam quae profana a nostris in  
malam partem accipit pro eo quod non est sacrum: seculare dicunt: cum omnis res aut sacra sit aut profana: seculare

Juuenal.